

catum non impedit, licet carnaliter alter alteri debitum reddat, propter bonum matrimonii excusati saluantur, & propter hoc nunquam damnantur. Archiepiscopos praeterea, & Episcopos, presbyteros, monachos, Canonicos & Eremitas, Templarios & Hospitalarios affirmauerunt esse saluandos. Dignum quoque & iustum esse dicebant, vt ecclesias in honore Dei atque Sanctorum fundatas cum summa deuotione visitantes adirent, & sacerdotibus, & aliis earum ministris honorem & reuerentiam exhibentes, primitias & decimas eis deberent soluere, & de omnibus parochialibus deuote & fideli- ter respondere. Eleemosynas etiam tam ecclesiis, quam pauperibus, nec non & omni petenti esse tribuendas inter cae- tera laudabiliter asserebant. Haec omnia licet prius dicerentur negasse, iuxta nostrum sanum intellectum se intelligere affere- bant.



llia PRO-